



109-17



~~###~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*VII-17*

SIGNAT. c1o1oCCCCXIII.

*1. Eigen de eodem. Vit. IIIo.  
\* Pariside Anthon Sennerio. Vind. 1680.  
\* Legn. J. Chirac's Sille Hung.  
\* de S. George.  
\* de Flamante curru Elis  
ex 2. Reg. II, Mittel. 1687.  
+ Quaevaras de Chirac's Wickmanshausen.*

*einzelne verzeichnet 17. III. 1915.*

*\* ex Ecclesia All. 1—7.  
\* ex V. Mittel. 1683.  
+ ex P. J. XXXIII. 25. 26  
+ ex W. XCIX. 6.*

*1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*



Index Dissertationum hoc volumine contentarum.

- 1. Joh. Conrad. Boeckmanni de Salamone a Scepticismo vindicatus. Viteb. 1710.
- 2. Joh. Maji de ijs, quae fuerunt in arca foederis.
- 3. Mart. Siplenij de Navigio Salomondo. Viteb. 1654.
- 4. Joh. Christoph. Wichmann Hausenij de Navigatione Opvirrica. Viteb. 1709.
- 5. Joh. Helric. Willemexi de Pallio Chia. Viteb. 1679.
- 6. Joh. Hageni de abominando Atoabi Sacrificio. Viteb. 1716.
- 7. Joh. Christoph. Wichmann Hausenij Vergat. Cuthorum. ex 2 Reg. XVII. 20. Viteb. 1707.
- 8. Dav. Theod. Behmanni de Horologio Agra. Viteb. 1710.
- 9. Christoph. Braunbaddi de Hierop. Sacerdotum. ex 2 Reg. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Viteb. 1680.
- 10. Joh. Christoph. Wichmann Hausenij de Regim. Deor. Ministris. Viteb. 1713.
- 11. Joh. Adolph. Mülleri de Uae Regis pompa ferali. Viteb. 1710.
- 12. Joh. Helric. Willemexi de Chia CHYMATOYPIΩI. Viteb. 1679.
- 13. Crdm. Pothoffi de Camentij Aqueductus Aiskia. Viteb. 1714.
- 14. Joh. Frid. Wichmann Hausenij de Maledictionibus Dei. Viteb. 1712.
- 15. Ejusdem itidem de Maledict. Dei posterior. (1712)
- 16. Andrea Semmeri de Voco Jobi cap. 25. 26. 27. 28. 29. Viteb. 1679.
- 17. Joh. Guil. Dajeri de Behemoth et Leviathan. Viteb. 1708.
- 18. Theod. Oebrii de Anadversione Saltic. Cent. 1. Decima I. Viteb. 1708.
- 19. Ejusdem Decima 2 et 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Viteb. 1708.
- 20. Jacob. Welleri Psalmi primi expositio. Viteb. 1659.
- 21. Joh. Helric. Willemexi Deculum filij ex P. 2. Viteb. 1678.
- 22. Ejusdem altera de Osculo filij. Viteb. 1678.
- 23. Mich. Doccij Insuper non Serchictus. ex P. 27. 28. Viteb. 1674.
- 24. Joh. Helric. Willemexi: Deus optima Portio fidelium. Viteb. 1679.
- 25. And. Semmeri de חַיִּים sic dictis, Obreorum. Viteb. 1680.
- 26. Mich. Doccij: Ornamentum festi ex P. CXVIII. 27. Viteb. 1677.
- 27. David. Wendessen quatuor abscondita ex Proved. 30. 18. 19. Viteb. 1670.
- 28. Anton. Puntzen aigmatica Senectutis y mortis Descriptio. Viteb. 1670.
- 29. M. Jacob. de Cence observ. Philologia ad Cap. III. et IV. Cantic. Viteb. 1670.
- 30. Augusti Pfeiffen Dubiorum Select. ex Ebraia Trias. Viteb. 1670.

180  
181

182

183





32. Jos. Christoph. Fischeri De Ornatu mulierum prior. ad Jesaj. <sup>cap. III. 15. Vind. 1709.</sup>  
 33. Eiusdem De Orn. Mulier. posterior. Ibidem eodem. <sup>Vind.</sup>  
 34. Jos. Christoph. Wichmannhausen De via et tremoris calice. <sup>Vind. 1714</sup>  
 35. And. Kemneri Theses aliquot ad Sai. cap. LIII. <sup>Vind. 1679.</sup>  
 37. + Abrab. Henrici Deutschmanni Messias vulneratus. <sup>Vind. 1699.</sup>  
 38. \* Abrab. Calovij De Selenolatia. <sup>ad Jer. VII. 18. XCV. 17. seq.</sup>  
 39. + Fracl. August. Jarmanni De solo consolatione. <sup>ex Jer. XVII. 17. Vind. 1709.</sup>  
 40. And. Döpfer Jus signi in Altum. <sup>ex Jer. XVIII. 1-6. Vind. 1695.</sup>  
 41. Theod. Dabovij De Rabbiniis Philologia anullantis <sup>Vind. 1674</sup>  
 42. Henric. Vilelmi Matthaei De W W prior et posterior.  
 43. + Salam. Deyhing de fletu super Hammur. <sup>Exod. VIII. 14. Vind. 1704.</sup>  
 44. Jos. Cady Magia Sagittar Habucadonos. <sup>Vind. 1675. ex Exod. XXI. 26.</sup>  
 45. + Georg. Camerij de variis signa. <sup>ex Exod. XXVII. 18. s. 6.</sup>  
 46. + Georg. Albert. Ant. Hingij de sublefa <sup>Exod. XXVII. 11. Vind.</sup>  
 47. + Pigmios prior et posterior. <sup>ex Exod. XXVII. 11. Vind.</sup>  
 48. Jos. Georg. Dittelmajen de Vita Danielis. <sup>Vind. 1710.</sup>  
 49. + Sebas. Seixtmajen de metamorphosi Habucadonos.  
 50. + Christiani Hentschel de Metamorph. Nebucadnezaris.  
 51. + Mich. Liebentantz de prodigijs manus scripturae in aula Babil.  
 52. + Jacob. de Cence Opula Belshazzar fatalis scripti. illustre. <sup>Vind. 1662.</sup>  
 53. Jos. Wilhel. Hilger Crypto Trapezian. <sup>ex Dan. VII. 28. Vind. 1669.</sup>  
 54. Jos. Jatingroff Exercitio Philolog. super 2 et 3. cap. Hos. <sup>Vind. 1654.</sup>  
 55. + Jos. August. Jarmanni de Pane Eugentium. <sup>ex Hosea IX. 4.</sup>  
 56. + Abrab. Calov. de Indebis. destructione Arbela à Salmanasare facta.  
 57. + Pars prima, altera, & tertia. <sup>Vind. 1682.</sup>  
 58. Jos. Hehici, Hoseas <sup>ex cap. I.</sup> VINOETOC, Wilhem en. <sup>Vind. 1680.</sup>  
 59. M. Mart. Zippenij. Iona Diaphus Habasius. <sup>Vind. 1659.</sup>  
 60. M. Jos. Frid. Herttenstein De magnâ pisce. +  
 61. M. Jos. Frid. Weidlen Habacuci Propetâ De Me fia testimonio. <sup>Vind.</sup>  
 62. M. Mich. Doccij. Rabbini fictum templum tertium. <sup>Vind. 1677.</sup>  
 63. Jos. Christoph. Wichmannhausen de Planctu Hadadrim mon. +  
 64. And. Kemneri. Septenarius The si um Philologiae. <sup>Vind. 1662.</sup>  
 65. Caspar. König Exercitatio Philologicae miscella comprehendit.  
 66. August. Pfeifferi Senarius The si um Philologiae. <sup>Vind. 1656.</sup>  
 67. Eiusdem Septenarius tres. Biblico Philolog. <sup>Vind. 1670.</sup>  
 68.

69.  
 70.  
 71.  
 72.  
 F3  
 57. +  
 58. +  
 42. +  
 43.  
 46. +  
 F  
 51. +  
 52. +  
 58. +  
 ad 61  
 +  
 ad 62  
 F. Cap.  
 ad 6  
 + ex  
 ad 6  
 [ P  
 x u



IN LIBROS REGVM.

1677

69. And. Lemert. Theses Philolog. resp. M. Georg. Schwarze Vit.  
 70. Joh. Christoph. Wichmannhausen Propositiones Philologicae.  
 71. Eiusdem <sup>Al. Jo. Christoph. Fuchs</sup> Propositiones Philolog. resp. M. Dan. Poetio  
 72. Eiusdem Philologemata octo Selectiora. <sup>1713.</sup> resp. M. Georgio Carolo Petri. Vitteb. 1715. <sup>resp.</sup>

F 32. M. Jos. Andr. Danz de Judaeo proprio iugulato gladio  
 ad Ier. Cap. XIII. Vit. 1679.

ad num. 37. + ex Ier. XIII. 4. 5. Respondens eam Georg. Franckfurter Cren  
 nicio. Hungarus.

38. + Prof. eam M. Georg. Frid. Meinhardt Vitteb. 1680.

42. + ex Ierem. XXV. 25 et 41. Vit. 1703.

43. Eiusdem de eodem argo Vitteb. 1704.

44. + Praeter eam Joh. Christoph. Wichmannhausen. Vit. 1714.

F 50. M. Sebast. Kirchmayer de Metamorphos. Nabudon  
 nosoris ex Danieli IV. Vitteb. 1654.

ad num. 51. + Praef. M. Jos. Wilhelm Hilligero Vit. 1671.

52. + ex Danieli V. Vitteb. 1661.

53. + Vitteb. 1708. resp. Jam. Jacob. Loescherus.

ad 61. + qui Ioram Vatem deglutivit. resp. M. Jo. Wilhel. Kirchma  
 jero. Vitteb. 1705.

F Cap. III. 13. Vitteb. 1712.

ad 64. + ex Zaidar XII. 11. resp. M. Theophil. Grabnerus. Vitteb. 1709.

ad 66. + praef. M. Conrad. Sam. Schurzfleischn. Vitteb. 1664.  
 + resp. M. Heinrich Pladecius



10



26. 66) 28.

בשש

ארבע כפלאות

25

sive

# Quatuor Abscon- dita,

Ex PROVERB. XXX. 18. 19.

PRÆSIDE

M. DAVIDE WENDELERO,

VVittebergenſi,


Publicè proponet,

CHRISTIANUS PUSHMANN /

Lebuſið - Marchicus.

Ad diem XXI. Octobris

Horis Anteridianis.



WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LXXVI.





Quatuor Apocryphorum  
libri

M. DAVIDE WENDELERO,  
Vindoburgensi,  
Publico Professore

CHRISTIANUS PHILIPPUS  
Lebuda-Marchicus

Anno MDCCLXXVI

Typis MATTHAEI HECKELII, Acad. Typogr.  
WITTEBERGAE  
ANNO MDCCLXXVI







PRÆFAMEN.

**C**ave suscipimus negotium,  
nostris impar humeris. Dum e-  
nim illa Quatuor abscondita  
Ex Prov. XXX. 18. 19. scrutamur,  
& argumenti gravitatem inve-  
nimus & quoq; intricatas multorum de genui-  
no horum verborum sensu dissertationes. Nam  
statim de auctore horum verborum magna in-  
ter interpretes lis versatur, dum quidam Salo-  
moni, quidam verò Aguri, cujus initio capitis  
mentio fit, hæc verba solent adscribere. Atque  
ita statuunt pleriq; Judæi, Salomonem Agur  
illum esse, Thalmudistæ, apud R. Salomonem in  
Eccles. I. Rabbi Levi in h. l. qui *Salomonem di-*  
*ctum Agur ait, propter verba, quæ complevit*  
*in colligendo hoc libro, sicut seipsum vocat Eccle-*  
*siaften, propter verba collecta in libro Ecclesi-*

A 2

stis



stis, ac Filium vomitionis & congregationis, quod colligendo intra seipsum & congregando de cogitationibus in concionibus magnis, aliis communicavit, & voluerit copiosè proponere Prophe-  
tiam. Et similiter Rabbi Salomo notat, Salomonem vocari Agur filium congregationis, quia colligit omnem sapientiam & collectionē. Cui sententiæ suam quoque adjicit calculum Cornelius à Lapide in h. l. *Verba Aguris*, inquit, i. e. *Salomonis, qui fuit Agur i. e. congregans: & filius Jake i. e. vomentis, quia ipse suam sapientiam hic congregavit, eamque in paucos quaternarios contraxit, ac suam mentem sensusque in Deum collegit, ut ejus lumina divina abundè hauriret, eisque plenus illa deinde aliis pleno ore eructaret, tanta abundantia, ut eam vomere videretur, perinde ac fornax non absurdè, sed eleganter dicitur vomere scintillas & ignes, quia illos copiosè ejaculatur & Virgilius ait: Umbo vomit aureus ignis, Quam sententiā præter ipsum adhuc amplectuntur, Beda, Lyranus Hugo, Arboreus, Dionysius, Peltanus & alii. Verùm  
pro-*



probabilior mihi eorum sententia esse videtur,  
qui Agur virum fuisse doctum sapientem & in-  
tegrum Salomonis tempore credunt, cujus id-  
circo dicta huc vel Salomon vel alius aliquis po-  
stea retulerit. Non enim credibile est, cur  
Salomon tantum in versibus adeo paucis no-  
men non modo suum, sed & juxta adversario-  
rum judicium parentis mutare voluerit. Qua-  
propter iis adhæresco, qui Agur filium Jake cen-  
sent celebrem fuisse virum juxta ac sapientem,  
& horum dictorum esse auctorem, uti *B. Lu-  
therus, Philippus Melancton, Magnificus Dn.  
D. Geierus Theologus de Ecclesia Christi meri-  
tissimus in Comment: ad b. l. Glasius Phil. Sacr.  
l. 4. tract. 3. Oecolampadius, Theod. Peltanus,  
Junius, Tremellius, Piscator, Cornelius, Janse-  
nius & alii credunt.* Inquis autem, sic non am-  
plius Salomonis, sed Aguris quoque erunt di-  
cenda Proverbia: sed respondemus cum sum-  
mè Reverendo D. Geiero in Comment. Prov.  
in Prolegom. Non infringunt hæc, Salomo-  
nem præsentis libri esse auctorem, si quis ex



Lipſio, Scaligero, Ariſtotele, Seneca inſigniores  
ſeligat ſententias vel floſculos (quod ſanè fecerunt  
non pauci) annon ſententiæ illæ manent  
Lipſii, Scaligeri &c. ut ut in unum corpus vel e-  
pitomen ab alio redactæ fuerint ſive Franc.  
Svertio ſive Jacob Bouchereau Parisino, ſive  
Itabyrione. Sic ſi Aguris rectè noſter Salomo  
recenſuit, & concinnius fortè, ſi non emacula-  
vit, attamen diſpoſuit aut ordinavit, atqve in-  
ter ſua ipſemet numeravit, an propterea Salo-  
mo non ſuo jure manebit ſcripti præſentis au-  
ctor? Poſtquàm hæc enucleavimus, jam ipſam  
aggredimur explicationem & ſequamur, quos  
dudum habuimus, præcurſores. Si minus rectè  
ambulaverimus, erigat nos illud dictum, quod  
Salomon 1. Regum II X. 46. 2. Paralip. VI. 36.  
Eccl. VII. 21. exprimit: אֲשֶׁר לֹא יִחַט אִין אָדָם  
errare humanum eſt. Tu autem, Summe Deus,

ſalebras inter & tenebras iter  
Oſtende rectum, & erutum ſeqvacibus  
Erroris undis, prævio lucis Tuæ  
Splendore deduc veritatis in viam.  
Te nempe ab uno pendeo ſpe, te Deum  
Unum & ſalutis columen cerno meæ.

TEX-



## Textus Originalis.

שְׁלֹשָׁה הֵמָּה נִפְלְאוּ מִמֶּנּוּ וְאַרְבַּעָה לֹא יָדְעוּתִים :

דָּרָךְ הַנֶּשֶׁר בְּשָׁמַיִם דָּרָךְ נֶחֱשׁ עֵלְיוֹ צוּר

דָּרָךְ אֲנִיָּה בְּלִבָּיִם וְדָרָךְ זָכַר בְּעֹלְעָרָה :

### THESIS I.

**M**ultas hinc ut evolvamur versiones, haud  
Opera precium duco. Qui eas desiderat, potest  
consulere Biblia vulgò Complutensia dicta studio & sumpti-  
bus Franc: Ximenii, Cardinalis & Archiepiscopi Toletani edit.  
Anno M. D. XVII. Antwerpiana sive Regia Hispan: opera  
Bened. Ariamontani Anno M D LXXII. Parisiensia sive  
Gallica, per Anton. Vitre, M DC XLV. Londinensia sive  
Anglicana Polyglotta Briani Waltoni, Anno M. DC. LVII.  
Addantur Biblia Buxtorffi Commentar. Ebr. Interpr. Illustr.  
Targumim sive translationes: Onkeli Jonathanis, Jeroso-  
lymitana, Syra, Arabica, nec non Persica Jacobi Tawusi:  
Quæ omnes in Bibl: Polyglottis reperiuntur. Extant præte-  
rea Græcæ Versiones: LXX. Interpretum, Aquilæ Theodotii,  
Symmachi, Latinæ: Vulgata, Hieronymi, Pagnini, Vata-  
bli, Münsteri, Osiandri, Tremellii, Junii Etc. Germ. Beat. Lu-  
theri, Dieterbergii & aliæ.

### Tb. II.

שְׁלֹשָׁה הֵמָּה נִפְלְאוּ מִמֶּנּוּ } Tria sunt abscondita à me,  
Chald. reddit occulta ut & Tremellius & Piscator, Vatablus,  
Tria



Tria sunt excellentia & supra captum meum. Hoc loco Masculinum ponitur pro Neutro. Ebraei enim cum Neutro destituantur, illud modò per Masculinum, modò per Foemininum exprimere solent. LXX. reddiderunt Τρία δὲ ἐστὶν ἀδύναται μοι νοῆσαι. Ubi ἐστὶ ponitur pro εἰσι. Frequens est Græcismus Atticis, ut Neutris pluralibus respondeat verbum singulare, cuius Regulæ exempla multa in Textu Sacro & aliis auctoribus passim occurrunt. v. g. Ephes. V. 13. Ταῦτα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεῖται, pro φανεῖται & Plutarcho in Libr. περὶ τῆς Ἰωνταίδων ἀγωγῆς ἀνεξάλειπτα ὄφρολογθεὶ ὀνειδίη, & aliis. Aquila vertit ἐθαυμασώθησαν mirificata sunt à me, i. e. mirabiliora sunt, quàm ut ea possim intellectu assequi. Quam ob causam Agur verbum אֲנִי לֹא יָדָעִי usurpat, quò innuat intellectus insufficientiam ad plenam recognoscendæ explorationem secundum singulas suas causas & conditiones. Nam licet Aquilæ volatus in aere, via navigationis in mari nullam difficultatem habere videantur; cum opera in se expedita prorsus & perspecta sint, tamen cur non per hoc aut aliud obstaculum impediuntur, id non modo supra suum agnoscit captum, sed & planè se nescire, palàm profitetur Agur.

*Th. III.*

אֲנִי לֹא יָדָעִי הָאֵלֹהִים אַרְבָּעִים *Imò quatuor sunt, quæ ignoro.*  
 (1) h. l. non tam significationem copulandi quàm corrigendi obtinet. Vulgatus quidem ut ex LXX. exponunt per Et uti etiam id frequentissimè significat. Verùm h. l. aliquid singulare innuere, & quasi se Agur corrigere voluisse patet ex ipsa analogia Textus. Nam non tantùm tria supra captum suum esse agnoscit Agur, sed & planè ea quatuor ignorare fatetur, Ubi per אַרְבָּעִים non nomen ordinale quartum uti vulgatus habet & LXX, sed cardinale quatuor intelligitur, quod videre licet ex verbo אֲנִי לֹא יָדָעִי cum affixo plurali (אֲנִי) ubi sanè si ultimum esset



effet ordinale, istud, non ista, esset dicendum. Et hujus Ep̄-  
 northoseos exempla alibi etiam in hoc libro obvia sunt ut  
 Prov. VI. 16. sex sunt quæ odit Dominus יִשְׁבַּע הַיַּעֲבֹב נַפְשׁוֹ  
 imò septem sunt abominationi animæ ejus. Sic quoque in N. T.  
 particula καὶ usurpatur Act. VII. 43. καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ  
 Μολόχ. imò bajulastis tabernaculum Moloch, Vid. Glafs. Philo-  
 log. Sacr. lib. 4. tract. 1. observ. 7. p. m. 877. Cæterùm particula  
 נֶל non, est particula negandi satis obvia, aliàs pro נֶל scribitur  
 1. Sam. II. 16. & XX. 2. in triginta quoque Locis juxta Masorethas  
 cum Vau נֶל Chaldaus suo utitur נֶל Syr. ܢܘܢ. Omni-  
 bus temporibus excepto Futuro primo præponitur. Vid. Buxt.  
 Lexicon, imprimis autem Excellent. Dn. Sennertum, Academiæ  
 Seniores Venerandum in Disput. de Sceptro Judæ.

Tb. IV.

ִּוְיָ֑ ] Viam aquilæ in Cælo. Non-  
 nulli per vestigium exponunt ut Cornelius à Lapide & Merce-  
 rus. Via, inquit, id est vestigium aquilæ in cælo. Verùm de-  
 stituitur hæc expositio omni fundamento. Non enim Agur  
 miratur aquilam, quòd nullum in cælo vestigium relinquat, sed  
 volatum & robur aquilæ, quòd, cum pennas habeat, uti Aldro-  
 vandus & Bochartus in Hierozoico observant, firmitate ac duri-  
 tie insigni, sola tamen inter aves rectâ viâ, non obliquâ, ut aves  
 cætero usque ad supremum aerem feratur. Præterea, si juxta  
 Mercerum ִּוְיָ֑ per vestigium esset exponendum, quoque vers.  
 20. ubi de adultera usurpatur vestigii, non verò agendi rationem  
 haberet, quòd tamen valdè esset inconueniens, & ipsi textus ana-  
 logiæ contrarium.

Tb. V.

נִשְׁרָ֑ ] Significat Aquilam, Regem avium, uti Pindarus  
 eum vocat Isthm. Od. VI. οἰωνῶν ἀρχὸν & in Olymp. οἰωνῶν βα-  
 σιλεῖα. Epiphanius in Physiologia cap. VI. Ἔστι γὰρ ὁ ἀετὸς  
 βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν. A Latinis Poëtis eodem ornatur encomio  
 Martial. Lib. 5. Epigram. 56. *Dic mihi quem portes volucrum  
 regina Claudianus Prefatione in tertium Consulatum Honorii.  
 Volucrumq; potens & fulminis heres.* Et hoc titulo ideò gau-  
 dere

B

dere



dere videtur Aquila, quia juxta Theodorum Heraclensem in Ps.  
 CII. δοκεῖ βασιλεύειν πελειῶν ὡς ἀνὴρ Philosophus lib 9. Hist.  
 Animalium refert vulgò fuisse persuasum, Aquilæ cum Trochilo  
 eò certamen esse, quia καλεῖται περσεύς, καὶ βασιλεύς. Sed rudi-  
 culum est putare, aquilam scire, Regis nomine vocari trochilū ab  
 hominib9 Græcis; ac propterea credere, aviculam illā regnum af-  
 fectare. Vid. Job. Vosfig in L. III. Idololatria p. 1139. Quod ad Radicem  
 huj9 Nominis spectat, maximè inter auctores controvertitur Rab-  
 bi Bechai, citante eum Bocharo & Buxtorffio, in Comment.  
 Gen. II. deduci vult à Chaldaeo נֶשֶׁר quod decidere est, idq; ex  
 eo, quia de cennio ad elementum ignis usque ad volans aduritur  
 & decidit in mare, & tunc renovatur vita ejus. Hinc Cabbalistsæ  
 ajunt נֶשֶׁר notativum esse vocum נֶשֶׁר אֵשׁ רוּחַ i. e. Ca-  
 sus, ignis aer, Sed hæc Rabbiniſmum olent; Rabbini enim fa-  
 bulosi & fabularum sunt architecti. Ejusmodi commen-  
 tum est Saadia apud Kimchium in Psalm. CIII. & Esai. XI.  
 חֲנֹשׁ יַעֲרֹף עַל כָּל הָעוֹפוֹת וְיַעֲלֶה מֵאֵר עַל פְּנֵי  
 דְקִיעַ הַשָּׁמַיִם וְיִקְרֹב לְחֹם הָאֵשׁ הַיְסוּדִי וְיִפּוֹל  
 עֲצָמוֹ בַיּוֹם מְדוּב חֹם וְיִתְחַדֵּשׁ וְיַעֲלֶה אֲבֵר וְיָשׁוּב  
 לְיָמָיו עַל־מִוּן בֶּן כָּל עֵשֶׂר עַד מֵאָה וְכִשְׁיָגִיעַ לְמֵאָה  
 יַעֲלֶה כְּמִנְהַגּוֹ וְיִפּוֹל בַּיּוֹם וַיָּמוּת שָׁם :

*Aquila volat sublimius, quam ulla aviū & firmamentū vers9 multū  
 effertur, donec ad ignem elementarē accesserit. Tum verò calore astu-  
 ans in mare se dat precipitem & renovatur & pluma ejus renascun-  
 tur, & redit ad dies juventutis sue: atque id fit singulis decenniis  
 usque ad annum centesimum, quem ubi attigit, illa de more sursum  
 effertur, & in mare praeceps decidit & ibi moritur. Alii deriva-  
 tum volunt à נֶשֶׁר quia נֶשֶׁר videtur alludere ad illud verbum.  
 Constat enim quam acuto visu Aquila gaudeat, adeò ut quoque  
 pisciculos minutos videre dicatur in æquore natantes, etiam cum  
 in tantum subvecta, ut oculos propè frustretur humanos. Hinc  
 quoque Jobus XXXIX. 30. 31. 32. perspicacem aquilarum visum  
 commendat, quòd cum in rupibus altissimis suos faciant nidos,  
 inde etiam contemplètur escam suam. Quæ derivatio licet à mul-  
 tis haud negligatur, tamen potiùs Bocharto calculum nos adjici-  
 mus,*



mus, qui ex *سرسر* quod est nostro vellicare: & *سرسر* ro-  
 strum dici posse arbitratur, idq; propriè esse radicis avis. Inde  
 appellari volunt Arabes, uti ex Damire & Alcamo Arabibus af-  
 fert, quia rem rostro carpit & vellicat. Inquis autem, alias ra-  
 paces aves quoque nostro vellicare experientia docet. Verùm  
 rapacium Principi, dicit Bochartus, id speciali jure tribuitur;  
 quia rostro est magis ad unco & eo carpit fortius. Vide de hoc  
 avi notatu digna plura apud Vossium l. c. & Franzium Histor.  
 Animalium.

*Th. VI.*

*שמים* in cœlo ] LXX. *αετομένης* i. e. volantis. Alii  
 interpretes reddiderunt *ἐν ἕρανῶν*. Vox utraqve cùm Græca tùm  
 Ebræa variè in sacris literis accipitur I. SUMITUR METONYMICÈ  
 pro ipso DEO Ps. LXXIII. 9. Opponunt cœlis os suum & lingua-  
 eorum pervadit terram i. e. licenter & impunè in DEUM blasphe-  
 mias eructant, & in humanum genus contumelias. Sic Magistro  
 Judæorum dicunt: *כל מעשיו יהיו לשם השמים* Omnes  
 actiones Tuæ fiant in nomine Cœli h. e. DEI. Parimodo vox Græ-  
 ca in N. T. accipitur Luc. XV. 15. *πάτερμαρτον εἰς τὸν ἕρανόν.*  
 c. XX. 4. *τὸ βάπτισμα. Ἰωάννης ἐξ ἕρανῶν ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων.*  
 Hujus dicta plura vide apud *Glassium Phil. S. Tract. l. c. 3. p. m.*  
*1074.* II. METAPHORICÈ (1) pro divina gloria & Majestate infi-  
 nita, quia *ὡς ἀπρόσιτον* lux inaccessibilis i. Tim. VI. 16. voca-  
 tur, ratione similitudinis à cœli magnitudine, splendore, deco-  
 re, pulchritudine & præstantia desumpta. Ita sumitur, cùm  
 DEUS dicitur habitare in cœlo Ps. II. 4. Deut. XXVI. 15. (2) pro  
 spirituali DEI regno ac felicitatis statu, quo Angelis & homini-  
 bus se manifestat & communicat, uti pluribus in locis id *Glassius*  
*Rhetor. S. tract. l. c. 10. p. m. 1208.* probat. (3) Propriè significat  
 tum corpus cœleste, extimum illud elementa claudens & am-  
 biens ac siderum stellarumq; receptaculum Gen. I. 8. 14. Ps. II X.  
 4. Esai. XI V. 13. tùm Regionem aeream quæ suprâ nos est: &  
 hoc vel conjunctim cum cœlostellato Gen. I. 8. vel separatim ab  
 eo adeoq; solum aërem Ps. II X. 19. Matth. VI. 26. Et de hoc cœ-  
 lo loquitur Agur, quando viam Aquilæ miratur. Miratur au-  
 tem eam non immeritò, quippe tam mira avis hujus est in volatu  
 B 2 agili-



agilitas ac robur, ut inter ipsas quoque nubes se quandoque condat  
 vel ut Oppianus habet, *ut aerem volatu superet & sublimius eva-*  
*dat.* Quorsum etiam facit Æliani observatio lib. 14. c. 10. alie,  
 dicentis, *aves volandi idcirco diverticulis flexionibusque in cœlum ef-*  
*feruntur, quod recto non possunt: sola aquila directo volatu in*  
*sublime fertur, &c.* Hinc benè Kimchi in Jer. XLIX. 16. observat  
 eandem volare *מכל העופות גבוה מכל הארץ* omnibus avibus excel-  
 sius. Et AbenEzra quoque in Jobum *אין עוף שיגבה יותר ממנו*  
 Nulla est avis, quæ sublimius sese attollat. Quapropter Jo-  
 hannes Evangelista, qui altius prioribus volans, à divinitate  
 Christiorfus est, huic aliti comparatur. Vid. B. Aug. in prolegome-  
 nis in hunc Evangelistam item in serm. 34. & lib. 1. de consensu  
 quatuor Evangelistarum; Excell: Thomasius Poly historien  
 Summum in Disp. de Insignibus Quatuor Evangelistarum habita.  
 Tb. VII.

*וַיֵּרָא אֱגוּר אֶת הַנָּחַשׁ עָלֵי צוּר* ] Viam Serpentis super Petram. De  
 Aquila progreditur Agur ad serpentem & fatetur, se etiam ejus  
 viam ignorare. Nam magnam sanè cuius hoc animal injicit ad-  
 mirationem, quod, cum pedibus & pennis omnimodo destitua-  
 tur, nihilominus ubivis se movere valeat, nec saxa sive petras  
 curet, sed eas lubricando serpat & currat: imò altas rupes, ar-  
 bores, domos sine scalis vel clavis subitò conscendat: Hinc Ni-  
 caander ait:

*Προχμαλάθ' αἰμασίας τε καὶ εἰλύας ἐρέεσι*  
*Saxa petunt, serpesque cavernarumque latebras.*

Et Delrio Tom. II. Adagiorum p. 304. *Tanta volubilitas & implica-*  
*sio est, tot ambages, tanta spirarum contortuplicatio serpentis cum*  
*explicat orbem & cum insidiatur, vel exitio se eripit, ut neque ini-*  
*gium neque finem motus ejus queas deprehendere.* Cæterum disqui-  
 ritur inter ipsos Philologos, unde ortum ejusmodi viâ proceden-  
 di serpens nactus fuerit, idque ex Gen. III. 4. probare satagunt, ubi  
 DEUS serpentibus maledictionem imposuit: **SUPER VENTREM**  
**IBIS.** Ex quo dicto multi serpentem in Creatione quadrupedem  
 fuisse putant aut saltem Draconum instar bipedem, & pertinere  
 ad pœnam, quòd hodiè serpit in ventrem, cui sententiæ quoque ipse  
 Megalander Lutherus faver, quando dicit, *quod prius erectus in-*  
*cesse-*



*tefferit instar Galli Gallinacei.* Hocce adhuc notandum insuffi-  
cienter à Magnis alioquin Viris צַרְרַת super petram exponi de ter-  
ra, quòd Agur admiratur viam serpentis super terram, sed maxi-  
mè incommode. Nam super terram vestigium relinquit & im-  
pressionem, non autem super rupem asperam & aridam, quæ ser-  
penti non cedit aut suppetias fert, sicut arena vel gramen. Nam  
super saxa & petras mirè progreditur, ut difficile prorsus sit, eun-  
dem illic investigare ex gressibus relictisvè notis.

*Tb. IX.*

וְיָמֵינוּ בְּלִבְיָם ] Viam navis in corde maris. Mer-  
cerus & Lavaterus exponunt in medio Maris. Verùm enimverò  
cor multis in locis idem significat quod intra, nec semper præ-  
cisè medium notat v. g. Ezech. XXVII. 4. ubi Tyrus dicitur sita in  
corde maris, cùm tamen à continente non procul distaret. Et  
sensus ibi est, intra mare urbem illam fuisse positam. Matth. XII.  
40. Sic erit Filius hominis ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς in corde terræ tribus  
diebus & tribus noctibus h. e. in terra sive intra terram nempè in  
sepulchro. Quòd si tamen juxta Mercerum idem significaret ac  
medium, attamen phrasìs hæc in medio vel nihil addit nomini,  
cui adjungitur, vel non præcisè ipsum medium, æqualiter ab ex-  
tremis distans significat, sed idem valet ac in & intor v. g. Gen.  
XLV. 6. Jam biennium fames est בְּקֶרֶב in medio terræ h. e. in  
terra. Neque enim in medio tantum præcisè, sed hinc inde in ter-  
ra fames erat. Sic in N. T. Matth. XIII. 25. Seminavit Zizania  
ἐν μέσσοις τῶν σίτου in medio tritici h. e. inter triticum, Luc. XVII.  
11. & aliis in locis. Miratur itaq; Agur viam navis in mari: quòd  
navis grandibus sarcinis onerata, mari veluti piscis innatet & ad  
libitum naucleri se circumagat, & velorum remorumq; benefi-  
cio intra angustum temporis spatium multa emetiatur in mari  
millia & ad regiones devolvatur remotissimas: quin & ventis,  
procellis & fluctibus sulcando obluctetur, eosq; calcando subigat.  
Vid. prolixè de hac Magnificus Dn. Geierus l. c.

*Tb. X.*

Ultimo tandem loco quartum aggredimur absconditum,  
quod Agur admiratur, & hoc est צַרְרַת בְּעַרְמוֹת vestigi-  
um Viri in Virgine. Postquam Agur aerem, terram & aquam mi-  
ratus

B 3

ratus





ratus fuit, accedit quoque ad ipsum hominem. Cum verò homo varias circa actiones verferur ex his omnibus illam viam miratur, quæ occupata est circa matrimonium vel speciei propagationem, quam satis non potest ipse Agur admirari. LXX. interpretantur *נגי' אדם אדם עם נשיות* & vias viri in adolescentia. Hinc quoque quidam hos secuti *עלמה* hic sumunt non concretivè sed abstractivè pro *עלמה* i. e. adolescentia vel pueritia. Sed rectè suspicatur Franciscus Lucas in Notis hic LXX. primò vertisse *עם נשיות* i. e. juvenula, quod postea corruptum sit *עם נשיות* i. e. in juventute indeq; fortè derivatum *עלמה* in adolescentia, quod multi habent codices vulgatæ. Hæc enim mutatio & lapsus uti vicinior, ita facilior & pronior est, quàm ex *עלמה* adolescentula in *עלמה* adolescentiam, quæ nunquam locum potest habere, cum in omnibus à vitiis purgatis exemplaribus *עלמה* reperiatur. Quod nomen virginem notat, illibatam, occultam, domiq; cautè adservatam, sicut id tùm origo vocis *עלמה* reconditus fuit, tùm nominis usus clarè satis docet, inspectis locis ubi adhibetur nempe Gen. XXIV. 43. de Rebecca virum nondum cognoscente Exodi II. 8. de Mirjam. Jes. VII. 14. de matre Immanuelis: & in plur: de tympanizantibus Ps. LXIIX. 26. sponsum cœlestem depereuntibus Cant. I. 3. VI. 8.

*Tb. XI.*

Judæi & Judaizantes, ut Cajus Mercerus, Drusius & alii negant semper virginem incorruptam in Scripturis notare sed quandoq; etiam virginem corruptam significare contendunt, idq; ex h. l. præcipuè probare satagunt, atq; ita admodum impudicè hunc textum exponunt. *Quemadmodum, inquit, Aquila, serpens, navis nullum sibi vestigium relinquunt in aere vel in Petra, vel aquis, sic etiam qui mulierem jam corruptam compressit, nihil relinquit, ex quo concubitus dignosci possit.* Hoc sibi vult illud: *Et Via viri in muliere vel adolescentia.* Hinc B. Jacobus, Martin. *de tribus* *אלהים* c. 43. p. 239. Judæi, inquit, negantes perpetuò *עלמה* virginem significare, valdè se oblectant & gloriantur in loco Prov. XXX. 18. Mercerus quamvis in suo Comm. in Prov. adolescentulam *עלמה* vocari arbitratur nudam, etatis tamen habitâ ratione non



ne non virginis, eamq; hic sonare adolescentulam nuptam corruptam vel temerariam, rectè tamen subjungit Judæos hinc nihil habere presidii ad obtinendum ut apud Is. c. VII. vox **עלמה** non sit virgo, ibi enim eam signum esse oportere, quod non esset, si nupta Messiam paritura diceretur. Sixtinus Amama in Antib. Bibl. l. 3. p. 594. inquit **עלמה** h. l. non virginem sed devirginatam puellam denotari, nonnulli contendunt, inter quos Mercerus, Drusus & alii.

*Tb. XII.*

Argumentantur autem Judæi & Judaizantes ita: In quo Scripturæ loco nomen **עלמה** additur Viro textusq; vel versus immediatè consequens agit de adultera, in eo non potest significare puram virginem, sed adulteram. Atqui Prov. XXX. **עלמה** additur viro contextusq; vel versus immediatè consequens agit de adultera E. Resp. (1) Duplex in hoc Argumento est medius terminus, prior desumitur ex versu XIX. in quo Nomen **עלמה** viro jungitur, posterior ex v. 20. ubi agitur de adultera. In v. 19. in verbis illis: Vestigium viri **בעלמה** Judæi ut h. l. pro virgine corrupta & deflorata usurpetur, demonstrent ex aliquo Scripturæ loco, **עלמה** scortum vel adulteram significare, cum à Spiritu S. semper in S. Codice pro innupta & incorrupta usurpetur. (2) posito, Agur in his verbis de scorto vel adultera agere, loqueretur nihilominus de ejusmodi scorto, quod sese pro virgine gereret, nemoq; sciret eam scortum esse. Nihil, inquit B. Lutherus Tom. II. Jeneñ. Germ. fol. 142. *lucrarentur Judæi, nisi pro virgine haberent, quoque virgineum scortum atq; nomen gerat, seq; pro virgine vendit, licet scortum sit, vocis autem abusus non tollit ejus propriam & genuinam significationem.* (3) Non dicitur hic absconditam esse viam cum **עלמה** sed **בעלמה** i. e. amorem in Erga vel circa **עלמה** seu virginem. Unde ita probabitur hic **עלמה** virgo non virgo, vel vocem hanc h. l. nativam & propriam suam significationem amittere? An omnis Via Viri in **עלמה** meretricia & fœdæ libidinis est? Et licet talis esset via impuri & libidinosi viri, an propterea omnis illa, in quam fertur appetitus impuri hominis, impura est & meretrix. An scortatio vel amissa virginitas adeò in explicabilis & abscondita est? Adeòq; rationes Judæorum nullius momenti sunt & omni ratione destituuntur.

Qui



Qui plura desiderat, conferat B. Lutherum l. c. B. Jacobum Martini l. c. Dannhaverum Christofophia p. 414. Mullerum in Judaismo p. 636. Summè Reverendum Dn. D. Geierum l. c. Excellent: Dn. D. Qvenstedium in Colleg. in Loca Difficiliora & alios.


Tb. XIII.

Miratur itaque Agur viam viri in virgine quippe qui dies noctesq; occupatus est circa virginem, quam impotenter amat, varias artes ac insidias instar aquilæ, serpentis ac navis excogitat, quò potiatur virgine illibata & incorrupta, cui vel licito vel illicito vult copulari modo. Nam in virginem honestam nec defloratam magis ardet amore, quam prostibulum, ad quod via non tam difficilis est, quippe quod sponte vel sese offert, vel facile omninò sui facit copiam ambienti. Hæc itaque in præsentia de hujus dicti sensu literalis dixisse sufficiant. Cæterum restaret adhuc, ut quoque aliquid de mystica explicatione adderemus, verum ne falcem in messem alienam admittamus, cum potius hoc ad Theologos spectet, quos hinc Benevolus Lector consulere potest, præprimis Franzium in Historia Animalium B. Gerh. Magnificum Dn. D. Calovium in Bibliis Illustratis & alios. Nos hic subsistimus, ut, si fortasse non subtiliore venâ apparuit, nec singula ad amussim exaciata deprehenderint omnes, veniam dent juvenilibus ausis, moniti meliora seqvemur. Interim memores istius πολυθρησκίης Ebræorum, qui, quando innuere volunt, pro quavis re gratias esse agendas DEO, proverbialiter dicere solent ברוך מראיה דהא ברוך מראיה דהא, benedictus sit Dominus hujus particula. Nostram operam susceptam & jam ad finem perductam particulam divinæ benignitatis censemus, proinde nos quoque grato pectore exclamare oportet:

ברוך מראיה דהא  
ברוך מראיה דהא









IN ECCLESIASTEN.





Ung. VI 17

ULB Halle 3  
002 114 550



sb


1017 Z











26, 66) 28.  
25

בשש  
ארבע כפלאות  
five

# Quatuor Abscon- dita,

Ex PROVERB. XXX. 18. 19.

PRÆSIDE

M. DAVIDE WENDELERO,

VVittebergenſi,


Publicè proponet,

CHRISTIANUS Pוהשמאמא /

Lebuſid - Marchicus.

Ad diem XXI. Octobris

Horis Anteridianis.



WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LXXVI.

